

TRACTATUS TERTIUS

DE PRAECEPTO CARITATIS

CAPUT I.

An, quando, et quomodo obliget Praeceptum Caritatis Dei.

22. Quomodo Deus amandus. — 23. Quando obligat praeceptum caritatis. — 24. Resolvuntur casus.

Caritas
Dei defini-
tur.

Quid prae-
cipiat.

Quando o-
bliget.

22. — « Caritas Dei est amor amici-
« tiae, quo Deo bene volumus, et omnia
« bona ipsi cupimus, ob summam et infi-
« nitam ejus divinae naturae perfectionem.
« Resp. I^o. Praeceptum caritatis Dei
« praecipit Deum super omnia amandum.
« — Patet ex Scriptura. Ratio est, quia
« finis ultimus plus est diligendus, quam
« omnia media quae ad eum referuntur:
« non quidem intensive (etsi enim hoc
« etiam deceat, non tamen est in prae-
« cepto), sed appetiuntive, ita ut nullam
« creaturam pluris facias, quam Deum,
« velisque potius omnia perdere, quam
« Deum offendere, et sic illi male velle.
« — S. Thomas ^{a)}, Azor, Sanchez, Beca-
« nus ¹ ». [Vide dicenda *Lib. VI, n. 442.*
« v. *Id clare*].

23. — « Resp. II^o. Probabile est, praece-
« ptum caritatis Dei obligare:
« 1^o. Quando homo adeptus est *suffi-*
« *cientem cognitionem Dei infinite boni*, a
« quo omnia sua bona habet, et cui omnia
« debet. — Ratio est, quia cum teneatur

« Deo ex filiali amore tota vita servire, id
« non videtur posse fieri, nisi eliciat actum
« amoris ». (Hac de re vide propositionem I
« oppositam, damnatam ab Alexandro VII^a).
« Ita S. Thomas ², Navarrus, Valentia, et
« caeteri communiter; (Notat autem Co-
« ninck ^{b)}, non statim post talem notitiam
« peccare mortaliter, sed tantum si diffe-
« rat notabiliter, v. gr. ultra annum) con-
« tra Palaum ^{c)}, qui dicit probabile esse
« quod non obliget. — Si scrupulus te an-
« gat, an praecepto huic satisfeceris, docet
« Escobar ex Petro Hurtado ³, quod, si po-
« sitive non meministi te omisisse, tenere
« possis te satisfecisse. Trullench ⁴ tamen
« monet expedire, ut quis se in confessione
« aliquando accuset sub dubio, si forte
« praeceptum istud violarit, vel alia prae-
« cepta affirmativa, de quibus non certo
« constat quando obligent vel violentur.
« 2^o. Quando est *periculum labendi in*
« *odium Dei*, nisi actum caritatis elicias.
« 3^o. Quando quis tenetur conteri, v. gr.
« moriturus aut celebraturus, cui confes-

^{a)} Azor, part. 1, lib. 9, cap. 4, quaer. 3. — ^{b)} Sanch., Decal., lib. 2, cap. 35, n. 2. — ^{c)} De Virtut. theol., cap. 19, qu. 1. — ^{d)} 1^a 2^a, qu. 89, art. 6. — Navar., Manual., cap. 11, n. 8. — Va-

lent., in 2^{ae} 2^{ae}, disp. 3, qu. 19, punct. 1, vers. *Primus casus*. — Escob., tr. 1, exam. 2, cap. 4, n. 21. — ^{e)} De Carit., disp. 174, sect. 5, § 25, i. f. — ^{f)} Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 3, n. 9.

22. — ^{a)} S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 27, art. 3, haec de Deo diligendo scribit: « Deum non diligimus propter aliud, sed propter seipsum. Non enim ordinatur ad aliud, sicut ad finem; sed ipse est finis ultimus omnium ». Ex quibus theologi recte concludunt Deum esse summo amore appetiuntive diligendum.

23. — ^{a)} Propositio 1^a ab Alexandro VII damnata, haec est: « Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum fidei,

spei et caritatis, ex vi praeceptorum divinum ad eas virtutes pertinentium ».

^{b)} Coninck, *de Caritate, disp. 24, n. 50*, negat posse praecise determinari quanto tempore possimus eum actum absque mortali peccato differre. « Crediderim tamen, subdit, omnino peccatum mortaliter, qui eum ad aliquot annos differret; aut forte etiam qui ultra annum, seclusa... inadvertentia ».

^{c)} Palaus, *tr. 6, disp. 1, punct. 4, n. 2*, ne-

« sarius deest. Ratio est, quia contritio includit actum caritatis.

« 4^o. Si quis *gravem tentationem*, praesertim in articulo mortis, putet se aliter vincere non posse. — Quibus aliqui addunt *articulum mortis* absolute, eo quod tunc securissima via eligenda sit. Vide Laymann¹, Bonacina², Hurtadum³ ».

[Et probabilissimum est; ut Sporer⁴ et Marchant^d], et Tournely^d cum Antoine^d et communi].

24. - « Ex dictis resolves:

« 1^o. Mortale est, si quis omittat dilectionem Dei tunc, quando praeceptum obligat.

« 2^o. Mortaliter peccat etiam, si quis amet Deum amore appetitiae seu aestimative minore, quam creaturas.

« 3^o. Peccat item contra caritatem Dei, si quis Deum non diligat principaliter propter se tamquam finem ultimum omnium rerum; sed tantum propter aliud, v. gr. vitam aeternam vel ad evitandum infernum: quod esse mortale docet Silvester et Navarrus; quia scilicet Deus non diligeretur appetitiae super omnia, si illud ab illo amaretur ut finis principalis. Addo: *principalis*; quia (ut bene ait Toletus⁵) Deus propter retributionem vitae aeternae amari potest, sed minus principaliter, ut scilicet vita aeterna vel alia Dei dona sint tantum causa movens, ut facilius, expeditius et ferventius diligatur.

« 4. Mortale et gravissimum omnium est, si quis Deum formaliter oderit odio inimicitiae, seu malevolentiae (amori amicitiae opposito); v. gr. si optes Deum non esse, non habere scientiam, potentiam, etc. — De his vide Laymann, Bonacina⁶, Sanchez⁷, Reginaldum⁸ ».

¹ Lib. 2, tr. 3, cap. 2, n. 6. — ² Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 2, n. 2. — ³ Loc. cit., § 27. — ⁴ Decal., tr. 2, cap. 5, n. 35. — *Silvest.*, v. *Caritas*, n. 5, quaer. 7. — *Navar.*, loc. cit., cap. 11, n. 20. — ⁵ Lib. 4, cap. 9, n. 2. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 8, n. 3. — ⁶ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. ult., § 1, n. 1. — ⁷ Decal., lib. 2, cap. 35,

Objectum *materiale* caritatis erga Deum primum est Deus; secundarium, nos et proximus: indirecte autem sunt omnia quae augent divinam gloriam. — Objectum vero *formale* est Deus, quatenus est infinita bonitas, prout est aggregatio omnium perfectionum, sive infinita perfectio, ut ait [Contin.] Tournely. Sed Gonet censet objectum formale caritatis esse divinae naturae bonitatem, prout est radix cunctarum perfectionum, sed virtualiter distincta a perfectionibus. Boyvin autem dicit esse quamlibet perfectionem divinam, propter quam Deus diligitur. Caeterum, ex communi sensu sapientum, verus actus amoris est dicere: *Deus meus, quia es bonitas infinita, sive, quia es infinite bonus, amo te super omnia.*

Hic dubitatur 1^o. *An desiderium possidendi Deum sit objectum caritatis?*

Et dicimus affirmandum: quia caritas (ut supra dictum est) tendit in Deum tamquam ultimum finem; et ideo desiderium possidendi Dei, qui est ultimus quidem noster finis, est proprius actus caritatis, imo perfectior aliis; nam possessio Dei est caritas consummata. Hinc perfectum caritatis actum Apostolus emisit, cum dixit: *Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo* (Philip. I, 23). Idque expresse docet S. Augustinus, scribens: *Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum.* — Nec obstat dicere, quod hoc modo objectum caritatis idem evaderet ac objectum spei, quod pariter est possessio Dei sperati. Recte enim respondet Habert⁹ dicens, quod spes tendit in possessionem Dei uti bonum nostrum; sed caritas Deum possidere cupit propter ipsius Dei gloriam: dum, ut ait

n. 10. — ⁸ Lib. 17, n. 101. — *Contin. Tourn.*, Decal., cap. 1, art. 3, sect. 2, concl. 3. — *Gonet*, Clyp., tom. 4, tr. 10, disp. 10, n. 43. — *Boyvin*, Theol. Scoti, part. 4, de Carit., cap. 1, qu. 2, concl. 2. — *S. August.*, de Doctrina Christiana, lib. 3, cap. 10, n. 16; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 34, col. 72. — ⁹ Tr. de Spe, cap. 2, qu. 2, resp. 2.

gat tantum obligationem hanc adesse « cum primum rationis usum assequeris », etiam si illud instans « moraliter sumatur pro aliquibus horis vel diebus ». Unde videtur Palaus non aliter sentire quam auctores citati.

^d) Petrus Marchant, *Tribunal.*, tom. 2,

tr. 2, tit. 4, sect. 1, qu. 2; Continuator Tournely, *Decal.*, cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 1, vers. *Secundo urget*; Antoine, *de Virtut. theol.*, part. 3, cap. 2, art. 1, qu. 3, n. 2, absolute hanc sententiam tuentur, quam S. Alphonsus probabilissimam appellat.

S. Bernardus^a), cum homo Deum possidet, sui obliviscitur, et eum totis viribus diligit.

Dubitatur 2^o. *An sit caritatis actus, divinam diligere bonitatem, tamquam nobis convenientem*: cum hic actus videatur potius esse amoris concupiscentiae, quam amicitiae?

Bene respondent Jueninus^b), Habert^b) et Gotti, quod si in huiusmodi actu respicimus nostrum propter bonum tamquam terminum, talis actus revera est amoris concupiscentiae, qui ad spem tantum pertinet. — Si vero respicimus bonum nostrum ut terminum gloriae Dei, diligendo divinam bonitatem, tamquam nobis convenientem, eo quod ipsa nos adjuvat ad Dei voluntatem adimplendam, et consequendum ultimum nostrum finem, qui est diligendi Deum, et propter quem Deus

Gotti, tr. 12, de Carit., quaest. 1, dub. 3, n. 8. — ¹ In psalm. cxxxiv, n. 11; apud Migne, Patrol. lat., tom. 37,

24. - a) S. Bernardus, Opusc. *de diligendo Deo*, cap. 15, n. 39, loquitur de eo qui in aeternam beatitudinem ingressus fuerit; et verba S. Doctoris haec sunt: « Quasi... miro quodam modo oblitus sui et a se penitus velut deficiens, totus perget in Deum; et deinceps adhaerens ei, unus cum eo spiritus erit ».

b) Juenin, *Inst. theol.*, part. 7, diss. 4, qu. 3, cap. 2, art. 2, obj. 1, negat amorem Dei ut nobis convenientis, discrimen tollere inter spem et

nos creavit; hic est verus actus caritatis. Unde S. Augustinus aiebat¹: *Sic amare debes, ut ipsum [Deum] pro mercede desiderare non desinas, qui solus te satiet.*

Diligere autem Deum propter beneficia, non est verus actus caritatis, sed gratitudinis, ut dicunt Habert et Croix^c). Nisi, ait Habert, spectentur beneficia uti communicationes bonitatis divinae; tunc enim in iis amamus non utilitatem nostram, qui accipimus, sed bonitatem Dei, qui communicat.

Nota hic propositionem damnatam 10 ab Alexandro VIII: *Intentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut coelestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.* Tunc tamen (dicit Laymann²) quis in hoc peccaret, quando actuali intentione nollet amare Deum, nisi propter spem aut timorem.

col. 1745. — Habert, de Carit., cap. 2, qu. 4. — ² Lib. 2, tr. 3, cap. 2, n. 4.

caritatem, quia « objectum formale quo caritatis, seu modus quo circa objectum versatur, plane discrepat ab objecto formali quo spei... nempe caritas abstrahit a praesentia et absentia objecti, ab illius possessione et privatione; e contra spes essentialiter tendit in objectum quatenus est absens ». — Habert, *loc. cit.* v. *Instabilis* 1, responsum assignatum non habet.

c) Croix, *lib. 2*, n. 147, hunc actum dicit esse ex « amore concupiscentiae ».

Dilectio Dei ob beneficia.

Peccata contra caritatem.

Objectum materiale caritatis.

Objectum formale.

Dilectio Dei ut nobis convenientis quandoque actus spei.

Quandoque actus caritatis.

Desiderium possidendi Deum, objectum caritatis.